

matrimoniiis contractis, quàm contrahendi,
 dummodo impedimentum sit secretum &
 non fuerit iniudicium d. d. & cum. Quæ con-
 cessio refertur à sanctissimo Martyre Ioanne
 Rossense in libro, quem edidit de Matrimo-
 nio Regis Angliæ, Compluri excusso. Et
 certe Concessio hæc inter omnes quæ hæc
 de re possunt exquiri, præstantissima est. Cir-
 ca quam vide ea quæ supra dixi fol. 97.

17 ¶ Sexta decima conclusio. Confessarii &
 prædicatores Ordinum Mendicantium secun-
 dum formam iuris debite & semel approbati
 ab aliquo Ordinario quando ipsi, siue in ma-
 ri, siue interra iter faciunt, possunt prædi-
 care, & quorumcunque Christi fidelium con-
 fessiones audire, non repugnantibus tamen
 Curatis parochialium Ecclesiarum. Sic con-
 cessit Gregorius. 13. die 3. Maii. anni. 1575.
 Pontificatus sui anno. 3. omnibus &
 singulis ipsius Societatis prædicatoribus ac
 confessariis, ab aliquo Ordinario semel
 approbatis & à suis Superioribus ad huius-
 modi munera deputatis, ut videlicet quan-
 docunq, siue mari siue terra iter fecer-
 rint populos [non repugnantibus tamen
 Curatis Parochialium Ecclesiarum] præ-
 dica-